

De doctrina christiana Liber III

eni meū suauē est: et sarcina mea leuis est. Quibus nisi mitibus et humilibus corde quae non inflat scientia: sed charitas edificat. De minerint ergo eorum qui pasca illo tempore per umbram imaginariam celebrabant: cum signari postes sanguine agni iuberent: isopo fuisse signatos. Nec herba mitis et humilis est: nihil fortiter et penetrabiliter ei radicebus: ut in charitate radicari et fundari possimus comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum. id est cruce domini. cuius latitudo dicitur in transuerso ligno quo extendunt manus. longitudo a terra usque ad ipsam latitudinem quo a manibus et infra totum corpus affigitur. altitudo a latitudine sursum usque ad summum quo adheret caput. profundum vero quod terre inferum abscondit. Duo si ergo crucis omnis actio christiana describitur: bene operari in christo: et ei penetranter inherere. sperare celestia: sacramenta non perphanare. Per hanc actionem purgati ualebimus cognoscere etiam supereminere scientiam charitatis christi. quae equalis est patri. per que facta sunt omnia: ut impleamur in omnem plenitudinem dei. Est etiam in isopo vis purgatio: ne inflat scientia de diuitiis ab egypto ablatis: superbie aliquid pulmo tumidum anbelet. Asparges me inquit isopo et mundabor: et lauabis me: et super nixem dei albabor. Auditui meo dabis exultationes et leticia. Deinde annectit consequenter ut ostendat purgationem a superbia significari isopo: et exultationem ossa humiliata. Quarta autem minor est auri argenti vestitus copia: quam de egypto secum ille populus abstulit: in preparatione diuitiarum quas postea hierosolyme secum est. que maxime in salomone rege ostendunt. tanta sit cura scientia que ad idem est uelut collecta de libris gentium: si diuinarum scripturarum scientie comparetur. Nam quicquid homo extra didicerit: si notum est ibi donatum. si uile est ibi inuenit. Et cum ibi quicquid inuenit omnia que ueliter alibi didicit: multo abundantius ibi inuenit ea que nusquam omnino alibi: sed in illaz tantummodo scripturarum mirabili altitudine et mirabili humilitate discunt. Dac igitur instructioe predicti cum signa incognita lectoris non

impedierint mitere et humile corde subiungatur leniter christo. et oneratur sarcina leni. fundatur et radicatur et edificatur in charitate: que scientiam inflare non possit: accedat ad ambigua signa in scripturis consideranda et discutenda: de quibus iam tercio volumine dicere aggrediar: quod dominus donare dignabitur.

Explicit liber secundus
Incipit tercius

Quomodo timere deum

deum uoluntate eius in scripturis sanctis diligenter inquirat. Et ne amet certamina pietate mansuetus. promunitus etiam scientia linguarum: ne in uerbis locutionibusque ignotis hereat. promunitus etiam cognitioe quarundam rerum necessariarum: ne uim naturamque earum que pro similitudine adhibentur ignoret. adiunget etiam am codicum ueritate quam solers emendatorum diligenter procurauit. ueniat ita instructus ad ambigua scripturarum discutenda arce soluenda. Et autem signis ambiguis non decipiat quantum per nos instrui praesertim aut praesertim: ut istas vias quasi ostendere uolumus tanquam pueriles uel magnitudine ingenium uel maioris illuminationis claritate derideat. sed tamen ut dicere ceperat quantum per nos instrui potest quod eo loco animi est: ut per nos instrui ualeat: sciat ambiguitatem scripturae aut in uerbis propriis esse. aut in translatione genera in secundo libro demonstrauimus. Sed cum per propria faciunt ambigua scriptura: primo prouidendum est ne male distinxerimus aut pronunciamus. Cum ergo adhibita incertum esse uiderit. quod distinguendum aut quod pronuncianum sit: consulat regulam fidei quam de scripturarum planioribus locis et ecclesie auctoritate precepit. de qua satis egimus cum de rebus in primo libro loqueremur. Quod si ambe uel etiam omnes si plures fuerint pres ambiguitatis et fidem sonuerint. tertius ipse sermone a procedentibus et consequentibus prius que ambiguitatem illam in medio posuerunt: restat consulenda: ut uideamus cui non sententia de